



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod morientibus non est imponenda satisfactio sed innotescenda. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Quod morientibus non sit imponenda satisfactio sed
innotescenda.*

D

Solet etiam queri, Vtrum satisfactionis lex morientis sit imponenda? De quo Theodoreetus Can-
tuarien. episcopus in pœnitentiali suo sic ait. Ab infirmis.
infirmis in periculo mortis positis, puta inquirendo est confessio peccatorum: non tamen est illis imponenda quantitas pœnitentiaz, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum largitionibus, pondus pœnitentiaz sublevandum, si forte migrauerint. Si vero cœualuerint, pœnitentiaz modum à sacerdote impositum diligenter obseruetur. Aliis vero, pro qualitate peccati, pœnitentia determinanda est præsidetium arbitrio. Vnde Leo Papa, Tempora pœnitudinis habita moderatione cœstituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Pariter etiam habere debes exactas seu ilis intuitum, & respicere periculum quoruncuq; vel exactitudinum necessitates. In necessitate non est neganda pœnitentia vel reconciliatio. E

Sciendum etiam, quod tempore necessitatis non est neganda pœnitentia vel reconciliatio pœnitentibus. Unde Leo Papa. His qui tempore necessitatis & periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiaz & mox reconciliationis implorat, nec satisfactionis interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordia Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. Quod si ita aliqua exactitudine aggrauati sunt, ut quod paulo ante poscebant, sub præsenti significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debent: simulque pœnitentiaz & reconciliationis consequantur beneficium. Itē Iulius papa, Si presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animalium: quia Dñs ait. Cum conuersus fuerit, tunc saluus erit. Vera n. confessio ultimo tempore potest esse, quia non modo temporis, sed et cordis Deus inspecto est, sicut latro probat. Eee § Quod

*Leo. I. epi. 77
ad Nicetam
Aquileien.
episc.*

*Leo I. epist.
89 ad Theo-
dorum Foro.
iulian. epis.*

*26. qu. 6. Si
presbyter.
Ezech. 19. e*